Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Cantare quippe gaudentis est. & eis ipse sacri eloquii precepti
ones cantabiles fiunt. quas non extristicia sed ex desiderio
sep operant. Vultis cor iusti quasi cuidam cantoris gaudio fi
latum audire. Cantabiles in erant iustificationes tue. in lo
co incolatus mei. Iustificationes dei dicuntur precepta diuina.
que nos iustos faciunt si impleant. que te nobis in loco inco
latus nostri cantabiles fiunt. quando in hac peregrinatione
vite presentis. ipsa eadem mandata diligimus. & ex desiderio
implemus. Hinc est quod ipsum psalmista iterum ex cantorum gaudio
filatio se esse insinuat. quam. Miserediam et iudicium cantabo
tibi domine. Miam domini qua peccata laxant. cantare etiam pec
cator debet. id hanc cum gaudio dicere. atque speraré. Sed quis
ita iustus est. ut ei sibi etnum iudicium ante mius oculos reuo
cet. & non etremiscat. ac potius uenire ad illud examen tanti
iudicis presumat. festinet & gaudeat. Quisquis ille est magnus
est. quia iam miam domini & iudicium cantat. Cantat quippe iudi
cium. adquod intrare non trepidat. Sit igitur mens illius gaudio filatium
cantorum. ut per dulcitas mie quas accepit letus pergat ad iudicium
quod iam non timescit. Videamus si placet fratres kmi aliud quoque ga
udio filatum cantoris. forsitan & ipse iudicium cantat.
Quid enim dicit. Ego enim iam delibor: & tempus mee resolutio
nis instat. Bonum certamen certaui. fidem seruauit. cursum consu
mauit. Deinceps reposita est mihi corona iustitie. quam reddet
mihi dominus, iustus iudex illa die. Qui laborum suorum est securus memor cer
taminis quod egit. memor fidei quam seruauit. et sibi in iu
dicio repositam coronam dicit. eamque sibi in illa die reddi speraut.
potius quam donari. Profecto patet quia iudicium cantat. quod
uenire desiderat. Vnde etiam subdit. Non solum iam mihi sed etiam
qui diligunt aduentum eius. Nemo enim aduentum iudicis diligit.
nisi qui se habere causam in iudicio bonam nouit, eorum igitur corda
qui aduentum iusti iudicis diligunt. gaudio filatia cantorum
sunt. quia per suptionem gratie & uite. per iustitiam sci desiderii can
tant iusti iudicium. quod omnis iniusti timescunt. Meminit autem
caritas uia quia superiori locutione pportam orientis fidem.